Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36542
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



18

ex ore eius. quia angelus dni exercituum e. Hinc per
ysaiam dns admonet dicens. Clama. ne cesses. sic tuba ex
alta uoce tua. Preconis quippe officiu suscepit. quisquis
ad sacerdotiu accedit. ut ante aduentu iudicis qui terri
biliter sequitur ipse scilicet clamando gradiat. Sacer
dos ergo si pdicationis e nescius. qua clamoris uoce datu
rus e preco mutus. Hinc e enim quod sup pastores pri
mos in linguarum specie spc ses insedit. quia nimirum quos
repleuerit de se protinus loquentes facit. Hinc moysi
precepit. ut tabernaculum sacerdos ingrediens tintinna
bulis ambiatur. ut uidelicet uocis pdicationis habeat.
ne superni spectatoris iudicium ex silentio offendat.
Scriptu quippe e. dudiatur sonitus quando ingredit
uel egreditur sciarum in conspectu dni. ne moriat.
Sacerdos namq; ingrediens uel egrediens morit. si de
eo sonitus non audit. quia iam contra se occulti iudicis
erigit. si sine pdicationis sonitu incedit. Apte autem
tintinnabula uestimentis illius describunt inserta. Ve sti
menta enim sacerdotis quid aliud qua recta opera
debemus accipere. propheta ad testante qui ait. sacer
dotes tui induant iusticia. Ve stimentis naq; illius
tintinnabula inherent. ut ante uia cum lingue sonitu
ipsa quoq; opera sacerdotis clament. Sed cu rector
se adloquendu preparat. sub quanto cautele studio

in exhib. aplo.

in exodo.

in psal. exxxi.